

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Canne.
<i>Rogatario</i>	Gregorius diac. et not.
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang.: alt. 0,56, largh. 0,22 1/2.
<i>Scrittura</i>	Corsiva.
<i>Contenuto</i>	Romoaldo, f. Muscati clerici, di Canne, avendo in Canne una casa diroccata indivisa con suo fratello Aghinolfo, dona <i>pro anima</i> la sua porzione ad Atenolfi, f. Balsami, suo concittadino.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† In nomine domini nostri iesu christi sexagesimo quinto anno imperii domini Basili et Constantini sanctissimis imperatoribus nostris mense martius septima inductione. Ideoque ego Romoaldo f. Muscati clerici de civitate Canni. clarefacio quia habeo una casa obruta cum Aghinolfo germano meus. intus predicta civitate Canni pertinentem nobis q. s. germani de supradicto genitore nostro. et genitricis nostre et congruum est mihi q. s. Romoaldi dare *pro anima* mea ipsa sorte mea quod est medietate de tota eadem casa Atenolfi f. Balsami de predicta civitate Canni. Modo quidem ego q. s. Romoaldo ante presentiam Sicardi et Petri iudicibus et alii bonis hominibus qui subter ascripti sunt. per fustem seu et per hunc videlicet scriptum. trado atque do *pro anima* mea. tibi prenominate (*sic*) Atenolfi. hoc est ut diximus ipsa predicta media casa. quod est sorte mea. a pars de casa q. s. Sicardi iudicis et Iohanne germani eius et f. Dardani. Habet autem finis ipsa predicta casa de prima pars est strictulina commune inter eandem casa et casa de filii Carandi et casile de Iaquinto iudicem. de secunda pars est strata dominica. de tertia pars foras ipse scali et marmorato est trasenda dominica. quarta vero pars a media palumbola est ipsa iam dicta casa de q. s. Sicardo iudice et Iohanne germano eius. Infra iste namque finis ut diximus sic tibi q. s. Atenolfi vel ad tuos eredes dedi *pro anima* mea. ipsa media casa a pars de casa de q. s. Sicardi iudice et Iohanni cum solo suo et solario et parietibus et tectum et cum . . . . . superposita sua et lignamina. et cum medietate de ipse scali. et marmorato et de ipse petre et tufi qui ibidem esse videtur. cum inferius et superiusque suis cum trasita et exita sua. et cum omnia infro se abentem. In eo hordine ut

tu q. s. Atenolfo et tuos eredes potestatem abeatis. lavorare ipsa media casa quod tibi  
 dedi pro animam meam et sedetis illa et dominetis ad vestram proprietate (*sic*) tam tu  
 q. s. Atenolfo quam et tuos eredes trasactive. et faciatis exinde annualiter amodo in antea.  
 da inchoante octava indictione proxima ventura. ipso sumatico. commune per medietate  
 una cum q. s. Aghinolfo germanus meus vel cum eius heredes. sicut ego q. s. Romoaldo 25  
 exinde facere abuit cum q. s. Aghinolfo. pro pars de ipso genitore nostro. quod sumus exinde  
 consuetudo facere annualiter. ut tu q. s. Atenolfo et tuos heredes faciatis illut. Et quando  
 venerit ad lavorandum q. s. Aghinolfo ipsa palumbola a pars de ipsa strata ut tu q. s.  
 Atenolfo adiubetis illum ad lavorare per medietate. Unde nec mihi q. s. Romoaldo neque  
 ad eredes meos neque ad morgincap uxori mee neque ad ipsa genitrice mea. neque ad 30  
 nullum quenpiam hominem nichil exinde reservavi portionem requirendum. set sicut prele-  
 gitur tibi q. s. Atenolfi vel ad tuos eredes dedi pro anima mea ipsa media casa in supra-  
 dicta ratione, semper ad abendum vel ad possidendum et faciendum exinde ab odierna die  
 que vestra fuerit voluntas. Unde ad presens ego q. s. Romoaldo bona mea voluntate guadiam 35  
 dedi tibi q. s. Atenolfi et mediatore tibi posuit q. s. Aghinolfo germanus meus ea ratione.  
 Ut ego q. s. Romoaldo et meos eredes fiamus defensores tibi q. s. Atenolfi vel ad tuos eredes  
 de ipsa media casa. da omnes homines et de quarta de ipsa uxori mea et de ipsa geni-  
 trice mea. Nam si ego q. s. Romoaldo vel meos heredes non voluerimus tibi q. s. Atenolfi  
 vel ad tuos eredes adimplere omnia quod superius legitur et causationes vel intentiones 40  
 vobis inde mittere voluerimus per nos ipsi aut per summissa personas. obligo me q. s.  
 Romoaldo et meos eredes dare tibi q. s. Atenolfi vel ad tuos heredes viginti solidi constan-  
 tini et hec que prelegitur adimpleamus vobis seu omni tempore per invitum. per eandem  
 guadiam et iam dicto mediatore per apposita causa eius pignera legitima et inlegitima. Et  
 hunc scriptum scripsi ego Gregorius diaconus et notarius et interfui. actum mense et indi- 45  
 cione supranominatis.

† Ego q. s. Sicardo iudex.

† Ego q. s. Petrux iudex.

† Ego Tubacki.

† Ego Riso Simeon de Riso (1).

† Ego Iohanne clericus et notarius (2).

50

(1) Le parole *de Riso* furono aggiunte in epoca posteriore (Cfr. pag. 30, nota 1).

(2) Questo notaio, sottoscrivendo, ci ha aggiunto il suo tabellionato.